



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ludovici Richeomi Societatis Ies. Valedictio Animæ Deuotæ

Richeome, Louis

Coloniæ, 1610

De tribus Dei & salutis humanæ hostibus in vetere testamento figuratis.
Colloq. LXXIX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50753](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50753)

fectus. Desiderabat ergo Amoris
 Diuini securitatem, qui omnes
 mundi vires credebat esse vanita-
 tem. Videamus similiter nos quo-
 modo Diabolus illi se opposuerit,
 quomodo in vno momento filios,
 filias, seruos, stabula, & omnem rem
 familiarem, cunctasque fortunas e-
 uerterit: quo videlicet magnum il-
 lum athletam petitionibus istis
 suis à gradu dimoueret, & inho-
 nestæ telluri affligeret: cum ecce
 tibi ille magnanimus in fineto ia-
 cens collum illi suum porrigebat,
 destitutus iam tum videlicet ami-
 ctu, amicis, & omnibus præsidij
 humanis, excepta solius Dei gratia
 in qua ipse confidebat, & qua as-
 sistente victoriâ triumphumque re-
 ferebat.

*De tribus inimicis Dei & salutis hu-
 mana, in veteri Testamento præsi-
 guratis.*

COLLOQVIUM LXXIX.

PHIL.

NAE vero ego magnopere mi-
 rer, quod cum mors adeo fe-
 da deformisque sit, nihilo-
 minus

minus tamen fructus contempla-
tionis illius a deo grati & iucundi
comperiuntur? Verum intelligo &
subodoror hic infinitam Creatoris
potentiam ac sapientiam, qui mala
nonnunquam euenire permittens,
bona postmodum ex ijs elicit, ad sui
honorem, & maiorem facturæ suæ
utilitatem, præsignando illi vide-
licet in lugubribus mortis epulis
viam ad vitam patriamque sempi-
ternam. At demnas ego sim, si diu-
tius sermonem tuum interrupero.

THEOL. Nequaquam tu vero ora-
tionem meam interrupisti, quippe
qui eam hic quiescere posse existi-
mem, & in portum aliquando ena-
uigare: reliquæ enim huius subiecti
utilitates facile ex ijs quæ hacten-
us explicatæ sunt, mihi quidem
intelligi posse videntur. *Intelligen-*
ti namque *pauca* sufficere incom-
perto est: præterquam quod ipsa
breuitas nullibi locum potio-
rem, quam in funebri isthac lugubrique
dissertatione habere debere videa-
tur. PHIL. Id vero qua ratione fa-
ciendum est: appello videlicet ego
ascen-

ascen-

à sententia isthac tua ad te ipsum. Si enim omnino in hac vita reperiri potest aliquid in quo pedem figere possis, id profecto mortis meditatio est, secundum opinionem omnium bonorum ac recte sententium: in quorum numero te quæ esse scio, & me à te excludi non debere intelligo. THEOL. Rem mihi tu loqueris; at non omnes eadem iuuant, nec singulis ea mens iudiciumque istud est. PHIL. Neque vero etiam nos omnibus satisfacturos spondimus, sed facili & plano sermone veritatem examinare constitueramus. Noui apprimè ego eos, qui perpetuum ius ciuicum mundi huius ambiunt, & grè admodum istiusmodi discursibus aurem accommodare, mihi autem meliorem ciuitatem persequi inquirereque certum est, quam qualem ego quidem hætenus in hac terra incolui atque inhabitauit. THEOL. Quoniam ergo epulum istud admodum ad gustum & saluam tuam esse conspicio, patiar sane tamdiu illo te vesci & oblectari, do-

ri, donec cum Virgiliano isto pasto-
remihi exclames:

*Glaudite iam riuos pueri, sat prata bi-
berunt.*

*Virgil.
Eccl. 3.*

Verum primæ utilitates ijs in rebus
insunt, quas hætenus explicandas
suscepimus, reliquæ autem in im-
pedimentorum tantum amotione
consistunt, dum videlicet ita ad pa-
triã cælestē habere iter nos faciunt,
nunquam vt regia via aberrare va-
leamus. At recordare tu mihi pau-
lisper hoc loco, dixisse nos supra
ad iter istud feliciter emetiendum,
non solum peccatum amouendum
esse, quod primum ac summum im-
pedimentorum est, sed etiam omnia
illa quæ obstare nobis possunt: con-
traque nihil non eorum videri as-
sumendum, quæ auxilio nobis præ-
sidioque esse possunt. Porro quo
omnes peccandi occasiones nobis
amputemus, & nullum non aditum
ad vitia nobismetipsis obstruamus,
bellum nobis vehemens & acre,
omniumque induciarum expertis
contra capitales & iuratos salu-
tis nostræ hostes, impedimenta
cer-

certissima itineris nostri, & occasiones peccati grauissimas, contra Diabolum scilicet, Mundum, & Carnem, omnesque illorum complices ac affectas gerendum est. Sunt enim isti tres reuera illi inimici famosi, & in Scriptura sacra per tria populorum genera adumbrati, qui maximo Hebræis impedimento erant, quo minus ex

*Exodi 5.
6. & 7.*

AEgypto discederent, & ad terram promissionis, quæ eorum patria futura erat, iter suum haberent. Primum istorum genus per Regem Pharaonem nobis representatur, & Diabolum significat: vti enim Tyrannus iste crudelissimum in Hebræos se demonstrabat, & quantum poterat satagebat, eos vt sub turpissimæ seruitutis iugo retineret, ita Diabo-

Nam. 16.

lus spiritualiter animas hominum affligit, & in tenebris huius mundi, qui spiritualis Aegyptus est illas retinere allaborat. Secundum nobis figuratur per Core, Dathan, & Abyron illiusque complices arrogantes, rebelles, murmuratores

con-

contra suos superiores & seditio-
 nis popularis concitatores, per
 quos mundus & mundani pleni
 ambitione ac vanitate nobis repræ-
 sentantur. Tertium hominum ge-
 nus per helluones nobis significa-
 tur personam carnis sustinentes;
 hi illi sunt qui capas & allia ru-
 strant, qui popinas seruitutis lo-
 quuntur, & Tyranni mancipia es- *Exod. 16.*
 se, culinasque Aegypti frequentare *Numer.*
 & ad ollas carnis desiderare malunt, *II. 4. 5.*
 quam fortibus athleticis annumera-
 ri, qui in deserto sub signo ac ve-
 xillo Dei militant, Regnum ali-
 quod relaturi. Nunc quoniam antea
 declarauimus ad peccatum profligandum,
 meditationem mortis mirabiliter
 conducere atque prodesse, exhibendo
 videlicet nobis horrorem illius,
 sicque detestationem eius nobis
 inferendo, & ad in sola diuina
 gratia confidendum incitando; restat
 proinde vt etiam videamus, quomodo
 videlicet eadem ista meditatio ad
 tres illos fortissimos hostes debellandos
 efficacissima sit.

PHILOS. Sunt omnino, nisi admodum

dum

dum ego fallor, hi tres illi exerci-
tus & acies pene inuincibiles, non
modo quia singulæ fortes sunt, sed
quia inuicem iunctæ sunt atque
connexæ. THEOL. Facile omne est
quod Dei gratia auxiliante suscipi-
tur: hic enim vires & scientiam
suppeditat, ad non modo prælian-
dum, sed etiam triumphandum.
PHIL. Valde ego hoc loco Phra-
sin illam Theologorum mihi ex-
plicari cupiam, & quid illi con-
flictus pugnasque appellent, sci-
re tuum de eo certamine quod
cum Diabolo suscipiendum est
mecum pertractari desiderem.
THEOL. Parebo sane tibi mihi
quam libentissime, vbi antea pau-
ca de malitia potentiaque crude-
lissimi illius Tyranni fuerimus præ-
fati.

De potentia & malitia Diaboli.

COLLOQVIUM LXXX.

THEO. **Q**uo itaque plenius naturam
illius conflictus intelliga-
mus, qui cum Diabolo Prin-
cipe